

C. 5.





D. O. M. A.

De

NATURALI

Corporis Misti inte- ritu, quæ PUTREDO dicitur.

Disputatio Publica

Quam

*Speḡtabili atq; eximio Dn. Decano, Clarissimis Ex-
cellentissimisq; Dnn. Professoribus, nec non Humanis-
simis ac Prestantissimis Dominis*

Magistris

proponit examinandam

M. CHRISTOPHORUS CRUSIUS

Saxo - Halensis.

Respondente

WIGANDO SAULO Tenstadiensi

Opt. Art. & Phil. Baccal.


In Aroaterio Philosophico ad diem

30. Martij.

Horis consuetis.

Lipsiæ, Typis Lambergianis

Excudebat ANDREAS Wdammisch.



ANNO
M.DC.XXII.



D. O. M. A.

DC

NATURALIA

Corporis Mithris

titulus Lixendo

diatru

Dissertatio

de Belli et Pacis in Duce, Comite, Ex-

cellentissimo, et in Regibus, Imperatoribus,

Principibus, et in Civibus, et in

Militibus

M. CHRISTOPHORI CRUSII

Sexcentis

WIGANDUS & H. OTTENSCHNIG

Opus in octo libris

In octo libris

libris

libris

In octo libris

Excerpta

Theſis prima.



Uirpitudinis notam nullatenus effugere putantur illi, qui ignari vivunt rerum necessariorum & in vulgum notarum, quiq; peregrinantur velut ac hospites agunt in suâ Repub. Non minor turpitudine, hinc σοφία studio additos, crassa, Mundi hujus ambitu inclusorū, ignorantia laborare. Etenim sapientis sui patriam stoici non unius Civitatis manibus aut muris, sed totius cœli ambitu definiunt.

2. Lustrandus proinde totus hic Mundus & omnes magnæ hujus Urbis incolæ: Horum intueamur oportet Natales, Durationes ac Emortuales: Verum non uno obtutu omnia. Nobis nunc arridet funera (dixisse liceat) quorundam, quæ Mixtorum nomine veniunt, causasq; ac essentiam illius interitus, cui Putredini nomen, rimari. Contemplationem hanc, quæ suadere possunt, plura non adducimus; Nec enim opus Soli in meridie facem allucere.

3. Rem omnem expeditam dabimus ad præceptorum posterioris ἀναλύσεως, ordinisq; Synthetici normam, De subjecto, Affectione ac Causis, quæ necessaria videbuntur allaturi. Nam Partibus hisce scientiæ omnis integritas absolvitur.

4. Subjectum Putredinis est Corpus Mixtum, hac appellatione indigitatum, quod ex Elementis commixtis, & mutuâ primarum qualitatum pugna Viribus defectis, & ad potentioris imperium ferendum coactis, ortum est.

Ita quidem, ut Elementorum vires admodum atterantur non prorsus tamen expugnentur: Verum, quæ sibi relicta, alterius jugum imperij excutere, & in priorem libertatem sese afferere valeant.

5. Non autem in campanellæ descendimus sententiam, qui libr. 1. de sens. rer. cap. 2. Solem & terram duo Elementa probare nititur, quibus res omnes ortum suum debeant. Quippe nostrum non est vocum

Præfamen.


Tractanda.

Ordo tractandorum.

Præcognitio ratione subjecti, Definitio εὐνομητικῆν

Vera demissionem sententia.

Campanellæ opinio de rerum ortu.



ambiguitatibus ludere: Id Aristotelico sensu Elementi nomine dignamur Quod rebus corporeis sub Caelo largitur materiam, ex quo primum componuntur, & in quod abeunt iterum.

Quid Chymici de corporum principis adferant.

6. Falsa & Chymicorum assertio, qui Quatuor nobis dicta Elementa, neque misceri, neque ex Elementis mistis generationes fieri contendunt, sed in singulis Elementis semina latere, quae certis temporum periodis in generationem progrediantur. Sic Paracels. Terra appellatur Elementum, cum tamen sit corpus tantum, in quo verum & invisibile Terra elementum inest. Item: si dicatur hoc provenit ex terra, intelligendum est de vero, spiritali & invisibili Elemento, non de corpore. Nisi fortassis invisibilis Elementi nomine Formae Elementorum & Qualitates ipsis veniunt.

Gorlæi sententia.

7. Alias ea Chymicorum opinio non absurda videtur, quae Mixta ex Sulphure, Sale & Mercurio componunt: Ita tamen ut non rejiciantur Elementa, verum ceu principia remotiora retineantur. Nam certe vel cadaveris fator te docere potest, non purum aerem esse, qui exhalat, sed Mixtum adhuc Sennert. de Chymic. consens. & dissens. C. II.

8. Gorlæus dum omnia invertenda sibi proponit, Nihil fieri ex aliquo, sed quae fiunt ex nihilo fieri contendit: ut ita, si ex hac re debeat fieri illares (verba sunt Gorlæi Exerc. 14. sect. I.) prius hæc res in nihilum sit redigenda, quam illa res inde fieri possit. Verum tenui tibi-cine fulta est opinio, facileque rationum machinis oppugnata, corruiat. Quas tamen pagella hæc non capiunt.

Divisio Corporis Mixti.

9. Mistum Corpus duplex est: Perfectè aliud, quando firmiter mixta coherent: Aliud imperfectè, quando copulantur infirmius; vel etiam Elementa non omnia concurrunt.


10. Perfectè Mistum subdivisione abit in simile seu ὁμοιομεγές, cujus partes ejusdem omnes sunt essentia: & in dissimilare seu ἀνομοιομεγές, quod ἀνόμοια habet ἢ ἐξ ἢ, seu diverse essentia partes. Dicitur Organicum, sed minus rectè Sennert. instit. med. l. I. cap. 3.

Omnia mixta putrescere.

11. Omnia hæc Mixta apta sunt putrescere: σήπεται πάντα ἄλλα τὴν πύρρος, Putrescunt omnia alia excepto Igne Arist. 4. Meteor. c. I. Ita tamen ut Mixtum ἀνομοιομεγές, non quatenus tale pu-

trescat





trifcat, verum quatenus constituens quaevis pars, seorsim naturam suam obtinet, & putrescendi legem subit.

12. Elementa etiam ad subjectum referenda, non quidem natura sua integritatem & puritatem servantia, sed ab eadem Aliorum permutatione recedentia: Nisi quod Ignis peculiari privilegio gaudet: Nam Putrescens tum calidius fit, tum frigidius, sed neutrius ignis est capax. Scal. Ex. 60. sect. 3.

Etiam Elementa.

13. Negare sane nititur Keckerm. l. 3. System. Phys. c. 3. mixtis omnibus communem Putredine esse interitum, Quaedam potius inveniri quibus alia a Putredine praeserventur. Sed licet, quod ultrò largimur, plurima magnà vi hosti suo resistendi sint instructa, tandem tamen viribus deficiuntur, & victa cedunt, ac deniq;

Mors etiam saxi marmoribusq; venit.

14. Et quod Metalla concernit, ex ijs, (siquidem cum Zabar. l. 2. de Misti gen. & int. C. 4. iudicium ferre velimus a posteriori) Aurum ac Argentum putrescere, hoc quidem tempore probatu facillimum foret. Tantam enim æruscatorum Igne expianda audacia optimorum metallorum penuriam invexit, ut ferme in Cuprum omnia sint resoluta, ac præter scorias nil pene nobis restet. Nisi fortean, ut est apud Lucian. in $\mu\iota\sigma\tau\alpha\upsilon\theta\rho\acute{\omega}\pi\omega$, Plutus in aereo ferreòve thalamo, Danaes exemplo asservatur, atq; a scelestissimis educatur paedagogis scenore & computo: Quod inextinguibilis Auri sitis Mundi hujus facile nobis persuadet.

Quomodo hoc tempore Aurum & Argentum putrescant.

15. Adhuc ergò Mistra omnia Putredine pereunt, & quidem naturaliter. Nec aliud Putredinis nomine notamus, quàm naturalem Misti, in principia, ex quibus conflatum erat resolutionem. Est siquidem Misti generationi opposita mutatio, $\alpha\upsilon\lambda\eta\kappa\epsilon\mu\acute{\epsilon}\nu\eta$ $\Phi\theta\omicron\rho\rho\alpha$ $\kappa\tau'$ $\Phi\upsilon\sigma\iota\upsilon$. 4. Met. 1.


$\pi\rho\acute{\omicron}\gamma\nu\omega\sigma\iota\varsigma$ ex parte Adfectionis, $\lambda\omicron\gamma\ \&\ \delta\omicron\sigma$ $\nu\omicron\mu\alpha\lambda\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$

16. Etenim & alius Misti datur Interitus, cum $\beta\iota\alpha$ seu violenter interit: Quando sub contrarij adventu forma consistere non potest, & quoties externarum caussarum tanta vis est & efficacia, ut maximà celeritate Misti substantiam dissolvant: Itaq; Putrefactioni tempus non suppetit, ac citius corruptum quippiam apparet, quàm Putredine tentetur.

Interitus violentus.

Philos





Philos. 4. Met. c. 1. Zabari. l. 2. de mist. gen. & Int. C. 2. Fernel. de
abdit. rer. caus. l. 2. C. 10. Fracast. de contag. l. 1. C. 1.

Combustio,

17. Violentum hunc corruptionis modum Arist. combustionem
nominat. Ἰσὶ γὰρ καὶ σάρκα καὶ ὄσθον καὶ ὄλκον καὶ ἀκαῦσαι, ὡν τὸ
τελευτῆς κτ' Φυσικὴ Φασὶς ἐστὶ loco citato. Mutatur e-
nim quandoq; Mistum in unum Elementum, à calore intensissimo in I-
gnem: Residua interim particulam quadam terrae, quae magna vi resistendi
Ignis acrimoniam elusit, & post combustionem superat: Sed tamen igneo,
prout cineris natura est, calore affecta.

Petrificatio.

18. Dari & altera violenti Interitus potest species quae ab altera
contraria Qualitate, à frigore nimirum peragitur. Nil enim prohibet,
quo minus idem juris Frigus, quod Calor sibi vendicat, in Mixtum obtine-
at. Aristoteles tamen silentio speciem hanc involvit, quod priorem
Exempli tantum causa adduxit, alias interim non negans, quod contra
Mercenarium tenendum.

19. Petrificatio interitus hic indigari potest, quae res tota à fri-
gore magno in terram, aut potius terreum quid commutatur. Combu-
stio tamen oculos magis incurrit, quia celerrimae ignis, sed debilis admo-
dum frigus est actionis.

20. Petrificationis effectum videtur, quod de fontibus quibus-
dam refertur, mutari in iis Ligna, Virgulta, ac similia injecta in lapides:
Sic montes feruntur esse, in quibus integrae arbores in lapides conversae re-
periantur.


An & aliter
Misti possint
interire?

21. Argenterio placuit, alios adhuc interitus modos adsignare
qui contingant vi externa, gladio, suspendio, Morbis &c. Verum intem-
pestivam curiositate, Non enim Mixtum, sed Animatum iis afficitur.

Quomodo pu-
tredo dicatur
naturalis?

22. Sed quâ ratione naturalis est Putredo? Non certe si propriam
Misti naturam respicias, quae, ut alia omnia, conservationis suae est
appetens: verum Naturam universalem attendendo. Ea generationum
ac corruptionum vicissitudines has statuit. Ejus legibus naturalia quaeq; te-
nentur. Sic Arist. 5. phys. t. 57. & 4. Metaph. t. 3. Corruptionem in
naturalem & violentam distinguens, illam vocat εἰσαγωγὴν seu fato

determinatam





determinatam, Natura enim non aliam legem rerum omnium voluit esse, quicquid composuit resolvit, & quicquid resolvit, componit iterum. Senec. Epist. 30.

23. Legibus hisce non ad interitum tantum est etiã ad certum corruptionis modum omnia coguntur. Scilicet ut in ea, ex quibus constant, redeant. Modus hic potissimum Naturalis appellationem Putredinis conciliat. Aliã violentos etiã interitus, terminum ad quem si attenderes, & causas, quibus peraguntur principiumq; passivum, seu materiam, recte naturales dicere posses.

24. Duplici modo Putredo potest accipi: Uno pro solo termino, seu ultima forma corruptione: Altero pro corruptione hac, & præ viis simul alterationibus. Prior acceptio est propria. Generatio enim & Corruptio non sunt motus, sed mutationes Armand. de bellovisu tract. 2. C. 255. Posterior verò laxior est aliquantum.

25. Consistit autem Putredo in Humidi à sicco segregatione. Διὸ ὕδα πρῶτον, εἰς ξηρὰ τέλῃ γίνεσθαι τὸ σηπόμενα. 4. Met. 1. Segregatio ista fieri nequit, nisi adeo calorũ vi imminutã, ut amplius neq; rerum potiatur, neq; in ordinem Qualitates istas redigere valeat. Manente itaq; calore naturali (sic cuiusvis Mixti conveniens calor appellatur) Humidum cum sicco conjunctum manet: & contra Zabbar. de misti gen. C. 1. l. 2.

26. Nam quemadmodum Misti generatio nihil est aliud, quam unio & terminatio Humidi cum sicco, operantibus activis: Ita Misti interitus est Humidi ac sicci dissolutio ex Caloris defectu. Neq; enim ulla res perit salvo calore. Arist. de brev. & long. lit. C. 5. de Juven. & Sen. 4. de respir. 8.

27. Intelligitur scilicet Calor Mixti, quã tale: & Humidum Elementare naturale, quod mixto unã cum sicco est materia, tam acreum quã aqueum, Hoc tamen magis, unde pingua minus putrescunt: Humidum itidem adventitium.


28. Separatione itaq; humidũ & sicci dicto modo procedẽte primũ salva manere potest Misti forma: tandem tamẽ momento temporis destruitur


ipsumq;

Duplex putredinis acceptio.

Essentia Putredinis.

Quisnam Calor & quod Humidum intelligatur?





ipsumq; Humidum penitus in vaporem resolvitur, nec non cetera Elementa universitati restituantur, ut deniq; præter terram & simum remansisse nihil videatur. *Ἐπεὶ τὸ γινεῖσθαι τὰ σηπόμενα, καὶ τὸ λυθῆναι καὶ κόπτεσθαι. 4. Met. 1.*

Divisio putredinis.
In Totalem.

29. Putredo specie quidem unica est, secundum magis tamen & minus dividitur in Totalem & Partialem.

& partialem.

30. Totalis facta & perfecta est, quando mistum omnino in Elementa dissolvitur. Et licet Misti pars solum interdum putrescat totaliter, tamen perfecta ejus partis est putredo.

Partialis est levior & major.

31. Partialis, imperfecta & fiens est via ad totalem, & recessus à temperamento major vel minor. Quamdiu enim Humidum cum sicco adhuc est copulatum, totaliter non dicitur Putridum.

32. Partialis putredo, vel est Levior, tantum in Accidentibus consistens, manente forma substantiali. Tale mixtum ad pristinam naturam redire potest: Vel major, qua forma quidem deperditur, non tamen in Elementa fit dissolutio, sed mutatio in aliam Mixti speciem.

Principia τὸ πρῶτον ματ.

33. Cur autem res putrescunt? Hic spectandum subjectum, vel prout est putrescibile, vel prout actu putrescit.

34. Putrescibile est propter Materiam, seu quod constat ex contrariis Elementis.

Causa externa putredinis

35. Actualis putredo Causæ externæ adscribenda. Unde nec perpetuo subjecto adest, quamvis causam semper comitetur. Zabar. l. 1. de med. demostr. c. 11.

Calor Ambientis.


36. Causa hæc externa, vel est per se vel per Accidens.


37. Per se iterum vel est primaria, vel secundaria seu adjuvans.

38. Primaria est Calor Ambientis: *σηπόμενα γὰρ πᾶν σηπόμενον ὑπὸ ἀλλοτρίῳ θερμῷ*: Non aeris tantum & aquæ, sed omnis, qui alienus est, & adventitius, licet interdum in ipso sit corpore præter naturam affecto. Sic fuligines, vapores & Excrementa in corpore retenta, propter impeditam transpirationem seu ventilationem, humores afficiunt, adurunt, febres putridas, scabiem & similes affectiones putridas gignunt, Erasf. disp. de putred. th. 25.

39. Agit calor hicce in Misti calorem similitudinis ratione eundem

primo





primò intendendo, post penitus evocando. Hinc quaecumq; putrescunt, tandem sunt frigida, etsi in principio sint calidiora.

40. Proprii hæc calor corruptio Putredinis quidem causa est, sed privativa: Non enim separat internus calor Humidum à sicco, sed continere non valet: Unde Positiva causa fuit adducenda.

41. Externus Calor, qui Putredinem causat mediocris requiritur, modicè Mixti calorem superans.

Qualis debeat esse calor externus.

42. Qui verò Excedit, vel comburit; vel exteriores partes torrefacit, ac crustam velut obducit, unde calor naturalis intus manens melius unit siccum cum Humido, quod etiam nonnihil à calore absumtum est, ut liquet in Carnibus infumatis; Aut alias etiam superfluum Humidum evocat, ut calori non suppetat subjectum, quo queat egredi, & ut parum Humidi salubrius Calor regere possit. Hinc enim dulcia ob majorem Humiditatem citius quam acida putrescunt: Et quæ exsiccant à putredine præservant: Ut sulphur, aloe, myrrha, sal, qui hæc de causa divinus appellatur.

43. Calor verò deficiens similiter conservat dum corpus laxare satis nequit: Hinc temporibus frigidis res minus quam calidis putrescunt.

Frigus rei putrescentis.

44. Hæc de causa primaria: Secundaria est Frigus proprium Corporis, quod putrescit. Resumit enim vires suas, quas ferè nullas constante mixtione habebat & calorem expellit. Etenim frigida in Mixto sunt Elementa igitur & proprias retinent qualitates. *νομὸν τὸ πᾶσι ἐν ᾧ οὐκ ἔστι ψυχρὸν ἢ θερμὸν ἢ ὀξείας, καὶ ἰσχυρὸν & ἀδολείας.* 4. Met. 1

45. Causa per Accidens est triplex, Frigiditas, Humiditas & Contagio.

Causæ per Accidens.

46. Frigiditas externa constringendo Corpus prohibet, ne Calidum illud effluviū egrediatur: Hinc cadaverum in aquam injectorum interiora citius, quam exteriora putrescunt. Mediocre tamen sit frigus, alias Putredinem arceat, ut paulò antè dictum.

1. Frigiditas.


47. Humidum adventitium sæpe requiritur, ut Calori in edificatione sit pro subjecto. Quando scilicet adeo modica naturalis est Humiditas, ut ipsa non potis sit officio eo desungi

2. Humiditas adventitiæ.

B

Humectant





48. Humectant hac ratione Alia Actu, ut quando lingua arida externum Humorem imbibunt: (quamvis lingua quaedam in aquis tantum abest, ut putrescant ob siccum firmitus, & oleositatem compactiorem aquam respuentem; vel ut Scal. vult Ex. 60. f. 3. quia Humidum habent communis naturae cum humore adventitio; vel etiam ob alias singulares proprietates, ut prorsus lapidescant; veluti est Alnus) Alia potentia, quemadmodum radij Lunares carnes adficiunt.

Contagio.

49. Contagio denique non levis Putredinis origo est, quia ab uno in aliud vitium tramittitur, vel contactu, vel per distans, quot modos contagionis ponunt. Fracast. de contag. l. 1. c. 1. 3. 4.

50. Ex ijs quae dicta sunt hactenus facillime demonstratio consieri poterit: tamen (ne plura alia nota adducantur) melioris intellectus gratia notandum. I. simile posse agere in simile, non quidem hostili sed amica actione.

Demonstratio I.

51. II. Quodlibet in ea resolvi ex quibus constat, inexistentibus nimirum actu.

52. Sic proinde colligere licet l. omnia mixta posse putrescere:

Quicquid ex Elementis contrarijs conflatum est in eadem potest resolvi, seu potest putrescere.

Omne corpus mixtum ex contrarijs Elementis est, conflatum. E. &c.

53. Haec Propositio major est in secundo modo per se. Subjectum enim praedicati causa est, ideoque in ejus definitione exprimitur. Minor est in primo de actu modo, ultima nimirum Differentia subjecto suo tribuitur. Conclusio iterum ad secundum modum refertur & ἰδιῶν πρὸς τὸ de πρώτῳ δεικνύσθαι enunciatur, ita tamen, ut respectus hic principaliter attendatur, quatenus ex contrarijs constat.

Demonstratio II.


54. De Putredine Actuali hanc formamus Demonstrationem:

Cujus calor naturalis corrumpitur à calore externo ambientis, illud putrescit.

Corporis Mixti calor naturalis corrumpitur à calore externo ambientis. E. &c.

55. Major est in quarto per se modo, sed secundi conditionem adeptos

id.



id est predicatur Effectus proximus de causa externa Efficiente ita ut sub-
jectum sit causa predicati propria & adaquata, ac in ejus definitione acci-
piatur. Minor mediata est: Quia affectio (subjecto necessaria est non sub-
jecti, sed cause respectu: Eiusdem farinae est Conclusio. Unde & Logici
absq; syllogisticâ formâ per causas externas Affectiones ostendi malunt.
Nedel. in synops. anal. post. p. 153.

56. Ἰὺltimò ἀποδείξεως hujus terminos in ἄνημα ὀρισμῶν disponi-
mus cum Arist. 4. Met. 1. hoc modo: Σὴψις ὅτι φθορὰ τῆσ' ἐν ἐκεί-
νω ὑγρῶ οὐκείας καὶ κτ' φύσιν θερμότητ' ὅ, ὡς ἀλλοθείας θερ-
μότητ' ὅ αὐτὴ ὁ ἐστὶν ἡ τὸ πλεῖστον ὅ. *Putrefactio est cor-
ruptio (Genus & forma) ejus quæ in Humido (subjectum) unoquoq;
(tâm naturali, quâm adventitio) propriæ (id est huic vel illi
mixto proportionatæ, quam proportionem putredo tollit) &
secûdum naturâ (quatenus Humido dominatur, quod dominium
amittit) Caliditatis, ab aliena caliditate, Hæc autem est quæ ambientis
(caussa)*

Definitio Pu-
tredinis.

57. Philippus l. 3. phys. Putredinem dicit esse alterationem ad-
ferentem corruptionem, Quod genus & Galeno arridere videtur l.
11. meth. med. C. 8. sumunt autem Putredinem non tâm pro mutatione,
quâm pro motu ut dictum suprathes. 24. Quibus verò difficultatibus a-
lijs Galeni definitio circumscripta sit, annotat. Zab. l. 3. de misti gen.
C. 1. & 2. Quam tamen cum Aristotelica conciliare laborat Erastus
Disp. de putr. th. 3.

Aliorum defi-
nitiones.

58. Essentiam Putredinis Aristoteles expressit vocabulis Proprij
& naturalis Caloris, sub quibus implicite comprehenditur separatio
Humidi à sicco, tanquam necessarium consequens, & ipse similiter totius
substantiæ interitus.

59. Itaq; accepit Putredinem non pro solo termino, sed pro via simul
ad eundem. Calor enim cum sit Qualitas, in momento non corrumpitur.
Et primariò Perfectam ac totalem definire voluit Putredinem: secun-
dariò imperfectam, quæ via est & præparatio ad illam.

Quia in acce-
ptione putre-
do fit definita

60. Plura addere chartarum angustia prohibet: veritatis viam nos

Conclusio.

instisse putamus, quod si exorbitavimus quandoq; Nec enim quod Romi-
nis, à nobis alienum putamus; moniti in viam redire paratissimi sumus.

ἐπιπέσει.

DE ORTIS EX PUTREDINE.

Ex putridâ materiâ animalcula interdum oriri
testis est experientia & Arist. adserit 4. Met. 1. Sed *que-*
nam horum causa? Materia est Humor putrescentis à
residuo calore (qui genito tali fit naturalis) perco-
ctus. Unde *Philos.* inquit 3. de gen. an. 1. 11. Nihil gi-
gnitur *σπρόμυρον, ἀλλὰ περὶ ὄμυρον.* Efficiens est calor cœ-
lestis, qui tamen à putrescentis calore ad speciem
certam angustatur: Interdum etiam τὸ ἐπιπέσει
calor accedit. Calor hicce non introducit formam, sed
tantum *latentem vim seminalem excitat.* Omnino enim
hæc concedenda. Unde & certa ex certis tantum
nascuntur *scab. Ex 6. f. 1.* & cœlum ita generat,
ut generationis principium à propinquo profi-
ciscatur generante, *ibid.* Hæc ex putredine genita
animalia, cum aliis, quæ ex semine oriuntur, *specie*
secundum nonnullos conveuiunt.

ἡ δόξα.

1. Solus sapiens est dives.
2. Solus pauper est sapiens.
3. Ergò solus pauper est dives.

R I N I S.

A/5600

ULB Halle
003 854 833 3




St

VD 17


W





[Faint, illegible handwritten text on the spine]





73



D. O. M. A.

De

NATURALI

Corporis Misti inte-
ritu, quæ PUTREDO
dicitur.

Disputatio Publica

Quam

*Spectabili atq; eximio Dn. Decano, Clarissimis Ex-
cellentissimisq; Dnn. Professoribus, nec non Humanis-
simis ac Prestantissimis Dominis*

Magistris

proponit examinandam

M. CHRISTOPHORUS CRÜSIUS

Saxo - Halensis.

Respondente

WIGANDO SAULO Tenstadiensi

Opt. Art. & Phil. Baccal.


In Atrio Philosophico ad diem

30. Martij.

Horis consuetis.

Lipsiæ, Typis Lambergianis

Excudebat ANDREAS Meamisch.



ANNO
M.DC.XXII.